et imposterum habenq mutuam advitalitatem et usumfructum ad
extrema usq vitae suae tempora inscripserint et concesserint prout
inscribunt et concedunt praesentibus eo qui sequitur modo. Quod si
prius praefatum Gnosum Stanislaum Glinka maritum quam praedictam
consortem suam mori contigerit extunc eadem Gnosa Zophia de Gro-
chowce consors bona suprascripta omnia praefati mariti sui morte ipsius
derelicta obtinebit et possidebit cum omni iure dominio et pro-
prietate pertinentiis attinentiis proventibus et utilitatibus univer-
sis nullis exceptis illisq utifruetur ad tempora duntaxat vitae
suae extrema post mortem vero praedictae Gnosae Zophiae de Gro-
chowce consortis suae bona suprascripta omnia mariti eius ad suc-
cessores eiusdem mariti sui Gnosi Stanislai Glinka totali
et pleno iure devolventur sine quovis impedimento et contradi-
ctione successorum praedictae uxoris ipsius similiter etiamsi conti-
gerit praedictam Gnosam Zophiam de Grochowce uxorem eius
prius mori quam ipsum Gnosum Stanislaum Glinka extunc
idem maritus eius bona suprascripta omnia praenominatae consortis suae
morte ipsius derelicta obtinebit et possidebit cum omni iure dominio
proprietate attinentiis et pertinentiis proventibus et utilitatibus post
mortem vero praedicti mariti bona praefata omnia praenominatae Gnosae
Zophiae de Grochowce consortis suae ad successores ipsius sine quo-
vis impedimento et contradictione successorum praefati Gnosi Stani-
slai Glinka mariti eius totali et pleno iure devolventur. Insuper prae-
nominati reglantes Gnosi Glinkowie coniuges se ac suos successores
in et super bonis suis quibuslibet omnibus ac summis pecuniarum habitis
et habendis una pars alteri parti ac posteris utriusq partis inscribunt
[nullis penitus exceptis illisq utifruetur ad extrema vitae suae tempora]
et obligant.

et obligant praesentibus inscriptionem praesentem advitaliciam ex his
Actis Castrensibus autentice depromptam ad Acta Terrestria Premisli-
ensia ante decursum unius anni sive coniunctim sive divisim transfer-
re et transportare. Idq sub damnis Terrestribus simpliciter absq corporali iu-
ramento taxandis ob non transportationem inscriptionis praesentis pro
tempore et loco supraexpressa absoluendis succumbens. Pro quibus qui-
dem damnis Terrestribus praefatis simpliciter taxatis citata existens
pars una praemissa non tenens sive eius successores ad instantiam
partis alterius praemissa tenentis sive eius successorum ad officium
praesens Castrense Capitaneale Premisliense exhinc recessu suprascripto quo
ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis ter-
mino tanquam peremptorio stare iuri parere indicere damna praefacta
simpliciter absq corporali iuramento taxanda luere inscriptioni huic
satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seq ac suos
successores ad eadem omnia obligat eundem terminum primum pe-
remptorium et alios omnes consequentes eiusdem causae terminos sem-
per peremptorios vera infirmitate per maiori minorennitate successorum
legatione intra vel extra Regnum servitio militari admunimenta ad
[illegible] vel aliis quibusvis legalibus impedimentis et dilatio-
nibus non differens ad quietationem ultra proximos terminos officii
praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiens nulla sy[illegible]
tiones appellationes lauda[illegible] prosequutiones faciens praemissaq omnia per
nis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis
iuris per errorem Terrestri bello Conventioneq et aliis omnibus iuris re-
mediis et defensis non subterfugiens hac sua praesenti inscriptione ad
praemissa omnia mediante.

Glinka Wolskiey Zenetur.

Comparens personaliter coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Generosus Stanislaus Glinka sanus mente et corpore existens a Jurib. districtibus iuribusque iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporans atque subiiciens palam libere publice ac expressum requit. Quia ipse Nobili Zophiae Wolska olim Nobilis Joannis Wolski filiae virgini eiusque posteris summam Centum florenorum pecuniae polonicalis monetae et numeri in Regno currentis florenum quemlibet grossis triginta polonicalibus computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatique apud ipsum recanis tenetur ac debet; quam quidem summam suprascriptam Centum flor. polon. praefatus reognus Generosus Stanislaus Glinka seque suos successores praefatae Nobili Zophiae Wolska et ipsius posteris abhinc in decursu Duodecem septimanarum post elocationem ipsius in matrimonium vel ingressum in Coenobium super bonis suis generaliter omnibus cum summis pecuniariis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus dare solvere et coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Premisliensibus reponere et relinquere repositamque et relictam rursus ab eoque officio non officidumbere nec arestare vel quovis alio modo impugnare sedque sub vadio similis summae alterum Centum florenorum pecuniae per praefatum reognitem Generosum Stanislaum Glinka et ipsius posteros praefatae Generosae Zophiae Wolska et ipsius posteris ob non solutionem summae praefatae principalis pro tempore et loco suprascriptis ac solvendo succumbens. Caeterum suprascriptus reognis Generosus Stanislaus Glinka praefatae Nobili Zophiae Wolska et ipsius posteris dat et concedit plenariam

facultatem

facultatem et omnimodam potestatem inscriptionem praesentem debitoreae ex libris Actis Castrensibus (ex libris Actis Castrensibus) autentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerit transferendi et transportandi quae transportata tanti valebit acsi per ipsummet recognoscentem transportaretur. Pro quo quidem vadio praemisso modo ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali non completa compellendus praemissis citatus ex nunc memoratus reognis Generosus Stanislaus Glinka aut eius successores ad instantiam suprascriptae Nobilis Zophiae Wolska aut eius posterorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisl. ex tunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere modere vadium praefatum luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad haec omnia obligat eundemque terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes eiusque Causae terminos semper peremptorios vera infirmitate per maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Quaestorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo adquietationem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiens nullasque motiones appellationes earumque prosequutiones faciendo praemissaque omnia poenis simplicibusque vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptionibus Terrestri bello Conventione et aliis omnibus iuris remediis et defensibus non subterfugiens hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Naraiowski Naraiowskie Zener